Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Positiones medicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/343787

POSITIONES
MEDICÆ
INAUGURALES,
QUAS

AUSPICE DEO OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

M. GERARDI de VRIES,

Philoſophiæ Doctoris, ejuſdemque Facultatis in Illuſtri Academiâ Ultrajectinâ Profeſſoris Ordinarii,

NEC NON

Ampliſſimi Senatus Academici Conſenſu, Nobiliſſimæque Facultatis MEDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS

Summiſque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis, ritè & legitimè conſequendis,

Eruditorum examini ſubjicit

MARTINUS HARP, ALCMAR.

Ad diem 24. Junii, horis locoque ſolitis.

TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ Typographi, cIↄ Iↄc xcii.

POSITIONES
MEDICÆ
INAUGURALES.

I.

MEdicina plus habet ab experientia quam à ratione.

I I.

Recte illa duo medicinæ fundamenta dicuntur.

I I I.

Medicina ægris ſanitatem promittit.

I.V.

Unde recte ſanitas medicinæ finis ſtatuitur.

V.

Cum & æger iſtam à medicina promiſſam deſideret,

V I.

Sic ut & medicina & medicus & æger in eo fine conveniant.

V I I.

Obtinetur conſervatio ſanitatis optime bona diæta.

V I I I.

Quæ omnibus non una & eadem eſſe debet.

I X.

Optimæ & conſtantiſſimæ regulæ illius deſumuntur à conſuetudine & mediocritate.

X.

Ne cibi ſuperent labores, aut labores cibos.

X I.

Alterutrum ſi contigerit facile vel plethora, vel cacochymia oritur.

XII.

Plethoram dari præter alia docet aphoriſmus III. Sect. I.

XIII.

Ad illam tollendam recte. v. ſ. præſcribitur.

XIV.

Quæ ſine diſcrimine venæ inſtitui poteſt, ſi nulla circumſtantia aliud ſuadet.

XV.

Poſita ſanguinis circulatione datur tamen Electio venæ & trunci in quibus vena ſecanda eſt.

XVI.

Clariſſime hoc videre eſt in angina teſte cum ratione experientia.

XVII.

Sic in pleuritide vena in eodem latere ſecanda eſt.

XVIII.

Venæ ſectionis vicem obtinere non ſatis recte dicuntur cucurbitulæ aut hirudines.

XIX.

Cacochymia non ſemper requirit purgationem per alvum.

XX.

Quandoque vero meliorationem, quandoque diaphoreſin, quandoque diureſin, quandoque ſalivationem.

XXI.

Cacochymia & cruditas acida nunquam purgandæ, niſi correctæ prius.

XXII.

Dantur caſus in quibus, & correctioni & evacuationi ſimul ſatisfit.

XXIII.

Ejus fidem facit rhabarbarum in dyſenteria.

Dyſen-

XXIV.

Dyſenteria per ſe non requirit venæ ſectionem.

XXV.

Nec omnis purgationem ſtricte dictam.

XXVI.

In omni tumore obſtructio eſt & humoris impeditus motus.

XXVII.

Hinc deobſtruentia & humores ad faciliorem motum & tranſitum diſponentia repellentibus longe præſtant.

XXVIII.

Illa tamen reſolventia ne ſint nimis vehementia.

XXIX.

In quibus hodie multum peccatur, uti olim in repellentibus.

XXX.

Ergo rite curaturo, uti hîc, ita ſemper ratione utendum eſt.

XXXI.

Veriſſimus aphoriſmus eſt xxiv. ſ. i. in acutis affectionibus raro & in principiis purgante utendum, atque hoc diligenti prius adhibita cautione faciendum.

XXXII.

Non minoris habendum illud Hippoc. effatum, medicum ſeſe ſpectatorem in morbis rectius præbere, quam ſubito iiſdem quærere & applicare remedia.

FINIS.